Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Incipit prologus Hieronimi prbi in Ihosee prheta.

In explanationibus omnium
pphetarū sci spc indigemus aduentu. ut cui instinctu scripti
sunt illius reuelatione pandantur. & in esaya signatum
legimus librū quē scribe & pharisei qui legis litteras nosse se
iactant ñ possunt legere quia signatus ē. nullusq; inuenirī potuit
nisi leo de tribu iuda quē signauit ds pater qui eius posset reserare
mysteria. quantomagis in explanatione osee pphete orandus est
dns. & cū petro dicendū. edissere nobis parabolā istam. presertim
cū obscuritatē uoluminis in fine testetur ipse q̄ scripsit. quis sapi
ens & intelliget ista. intelligens & cognoscet ea. Quod ñ p impossi
bile sed p difficile debem accipere iuxta illud euangelii. Qs putas
est seruus fidelis & prudens. quē cōstituet dns sup familiā suam.
Quis enī ñ statim in fronte libri scandalizet & dicat. osee prim om
niū pphetarū meretricē accipere iubetur uxorē & ñ contradicit.
ñ saltim nolle se simulat ut rem turpē facere uideatur inuitus.
sed exequitur letus imperiū quasi optauerit. quasi multo tēpore
eū pudicitie uacasse penitet. cū honestiora & sine peccato scōs impia
uiros renuisse dno legerim. Moyses mittitur ad pharaonem
& dux israheliticī ppli constituit. & tamen ñ imbecillitate sed
humilitate respondet. Prouide aliū quē mittas. Hieremias pue
rū ē se dicit. ne peccatē arguat hierlm. Chechibel iubetur de
omi genere leguminis ac sementis unū subcinericiū facere. & co
quere illū in humano stercore & ait. Heqquaquā dne. quia nūquā
inmundū intrauit in os meū. Et osee audiens adno. accipe uxorē
fornicariā. ñ frontē rugat. ñ merorē pallore testatur. ñ uerecun
diā mutato genarū rubore demonstrat. sed pergit ad lupanar
& scortū ducit ad lectulū. & ñ illā pudicitie matronali sed se lur
uriosū ac neporē pbat. Qui enī adheret meretrici. unū cū ea cor
pus efficitur. Hec q̄ audientes q̄d possum respondere nisi illud
ppheticū. quis sapiens & intelliget ista. intelligens & cognoscet ea.
Vnde & nobis dicendū ē cū dauid. reuela oculos meos & cōsiderabo
mirabilia de lege tua. ut introducat nos rex in cubiculū suum.
& uelamen q̄d ante oculos moysi positū fuit in lectione ueteris
testamti tollat a nobis. Statim enī ut locutus ē dns. pater. in ma
nus tuas cōmendo spm meū. & hec dicens exspirauit. uelū tem
pli scissū est & omia iudeorū secreta patuerunt. & fons qui egredie